

Codice Diplomatico Longobardo I, 31

[+ In] nomine domini Dei et saluatoris nostri Iesu Christi. regnante domino nostro Liutprand uiro excellentissimo rege, anno filicissimo regni eius undecimo, per inductione sexta, mense ianuario; feliciter. Dum Deus omnipotens corda fidilium inlustrare dignatus est expansis manibus ad eius aulam concorrentis, diuino mistorio confortitor ut ad illam desiderauilem fontis satientor, sicut euangelicam uox ammonet dicens: fratris mei et amici mei, uenite ad regnum patris mei, possedite quod est paratum uouis; et aliui: uendite que posseditis et date aelimosinis, et aueuitis tensaurum in celo et sequimini. me; ut sancta Ierusalem ad Deo transmissa descentem de celo, ubi lux indeficiens est, mereamor conlocari et mannam illam celestem angelicam cum sancti et iusti particeps esse inueniamor. Hinc itaque ego Aurinand uir deuotus una cum Gudifrid uir deuotus germanus meus tractauimus, ut de paruitatis rebus nostris nouis mercidem adcriscat, et accessimus ad uiro beatissimo Thalesperiano Deo gratia episcopo in Christo pater nostro, ut cum eius consilio seo licentia oraculum sancte Dei uertutis construere deuerimus, et quamuis breuite ad fondamentis fabricis ecclesiam constituimus in honore beati sancti Petri apostoli in loco qui uocitator Castellione; et parbulum munusculum iuidem oferrimus, id est: terrola circa ipsa ecclesia modiorum septe, et in alio loco de illo latere riu modiloco uinea. et ad hoc nostram decreuimus uolontatem nus Aurinand, Gudifrid, ut filii nostri ibidem in ipso monasterio Domino seruire dueas una cum filio meo Gaiduald religioso clirico seo et alii filii nostri qui Deo seruire uolueret, et iuidem monacale uita uiuere dueas. et hoc uolomus nus suprascripti Aurinand, Gudofrid, ut in nostra uel de filii nostri sit potestem iuidem sacerdotem ordinando; et pos nostro decesso, quem siuī ipsi monaci de ea congregacionem eligere, ipsum ueat ordinatum. et, quod superius menime memorauimus, duodeci forma oliue, que noui ex comparationem da Gualistolo aduinet, ita ut ab hodierna die firma ad ipsa sancta uertute in integro possedeat. et umquam ullo tempore ad nouis retragendum est ad alia eclesia aut ad alium sacerdotem quod ad nouus offertum est, nisi qui iniui abbas fuere, et quem uoluere secum abire ipsi fruactor in honore Domini. et, quod absse, si quis de nouis suptragere uoluere, uel proprio defendere, uacuus et inanis exinde exeat, et dona nostra in integro Deo et sancto Petro permaneat confermata. Et cum summa delectione Sicherad presbiter amico nostro hanc cartula dotalium scriuere rogauiimus; et perpetuis temporibus permaneat. Actum Luca, die et regnum et inductione suprascripta; feliciter. Signum + manus Aurinand uiri deuoti benefactori et conserbatori. Signum + manus Gudofrid uiri deuoti benefactori et conserbatori. Signum + manus Gairuald filio eius religioso clirico benefactori et conseruatori. Signum + manus Gairo uiri deuoti testis. Signum + manus Angilulo uiri deuoti testis. + Signum + manus Gausari uiri deuoti testis. Signum + manus Radcaus uiri deuoti testis. Signum + manus Sinduin uiri deuoti testis.